



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CCLXXI. König Adolph bestätigt den Markgrafen von Brandenburg, Otto
und Konrad, den Lehnbrief, welchen ihr Vater Markgraf Johann im
Dezember 1231 vom Kaiser Friedrich erhalten hat, am 8. Januar 1295.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

CCLXXI. König Adolph bestätigt den Markgrafen von Brandenburg, Otto und Konrad, den Lehnbrief, welchen ihr Vater Markgraf Johann im Dezember 1231 vom Kaiser Friedrich erhalten hat, am 8. Januar 1295.

Adolfus, Dei gracia Romanorum Rex, semper augustus. Vniuersis Imperii Romani fidelibus Imperpetuum. In Excellenti folio Majestatis Regie ordinatione diuina feliciter constituti, nostre considerationis oculos, longe lateque diffundimus, ad prospiciendum vniuersis subjectis Imperii meliora et ad occurrendum dispendiis eorundem. Verum precipua nos cura sollicitat, qualiter principum nostrorum, quibus tamquam immobilibus columpnis Imperii totalis Regia machina sustentatur, firmum statum firmius solidemus et amplum honorem largius ampliemus. Nouerit igitur presens etas et successura posteritas, quod priuilegium quoddam diue recordacionis Domini Friderici Secundi Romanorum Imperatoris, Ierusalem et Sycilie Regis, nostri Antecessoris, cum bulla aurea roboratum, vidimus et audimus, in hec verba. — cf. Nr. XX. — Nos itaque Adolfus, Romanorum Rex predictus, Illustrium principum nostrorum Ottonis et Cunradi fratrum, Marchionum Brandemburgensium, filiorum quondam Johannis, Marchionis Brandemburgensis, deuotis precibus favorabiliter inclinati, Vniuersa et singula, in supra scripto priuilegio contenta pariter et conscripta, approbamus, ratificamus, innovamus et presentis scripti patrocinio confirmamus. Nulli ergo hominum, liceat hanc paginam nostre approbationis, ratificacionis, innovacionis et confirmacionis infringere, vel ei ausu temerario contraire, sicut grauem nostre Majestatis indignacionem et offensam voluerit euitare. In cuius rei testimonium presens scriptum Maiestatis nostre sigillo iussimus communiri. Testes hujus rei sunt Ar. Babenbergensis, Heinr. Brixienfis, Heinr. Merseburgensis Episcopi, Illustres Al. Lantgravius Thuringie et Otto Comes de Anhalt, Principes. Spectabiles Viri Eberhardus de Catzenlembogen, Gerhardus de Dietz, Henricus de Nassowe, Johannes de Seyne et Eberhardus de Spizzemberg, Comites. Nobiles Viri Gerlacus de Bruberg, Ulricus de Hanowe, Gotfridus de Merenberg, H. de Isenburg, Fridericus de Biegen et alii quam plures. Datum in Mvlhusen, VI. Idus Januarii, Indictione VIII, anno domini Millesimo ducentesimo nonagesimo quinto, regni vero nostri anno tertio.

Nach dem Originale des K. Geh. Cabinets-Archives I, F. Ungenau in Gercken's Cod. VII, 27. 30.

CCLXXII. König Adolph beauftragt den Markgrafen Otto zur Verhandlung von Reichsangelegenheiten mit der Stadt Lübeck, am 9. Januar 1295.

Nos Adolfus, dei gratia Romanorum Rex, semper Augustus, coram vniuersis christi fidelibus, presentem paginam auditoris seu visuris, Recognoscimus tenore presentium protestando, quod fidei nostro principi et dilecto Ottoni marchioni brandenburgensi, filio quondam Johannis marchionis, nostra queuis negotia, vniuersa videlicet et singula, que regia celsitudo nostra cum Burgenfibus ciuitatis nostre Lubicensis habet tractanda, in